



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. lxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

nisi preoccupante morte tentauerit, pro temeritatis ausu ipse in se suæ damnationis protulisse sententiam manifestatur.

Ut presbyter in sua plebe sine chrismate ire non debeat. Cap. LXXIII.

Nillum presbyterorū in plebe sibi commissa sine chrismate vnquam debere progredi: quia inter nos placuit semel in baptisate chrismani. De eo autem qui in baptisate quacunque necessitate faciente non chrismatu fuerit, in confirmatione sacerdotis perficietur.

Ex cōcil. Vasensi, cap. 5.

De presbytero qui se deprehenderit non esse baptizatum. Cap. LXXIII.

Siquis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos prius baptizauit.

Ex cōcil. apud Cōpendium, cap. 5.

De presbyteris quomodo in cœna domini de chrismate, de oleo sanctificato, de oleo infirmorum facere debeant. Cap. LXXV.

Vt presbyter in cœna domini ampullas tres secum deferat, vnā ad chrisma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendos, tertiam ad infirmos iuxta sententiam apostolicam, vt quando quis infirmatur inducat presbyteros Ecclesiæ, &c.

Ex cōcil. Meldensi cap. 1.

De eadem re. Cap. LXXVI.

Presbyteri qui diocesanas Ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis, sed à suo, nec per iuniorem clericum, sed per seipso, aut per illum qui eiusdem ordinis sit, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

Ex cōcil. apud Valentias, cap. 2.

De eadem re. Cap. LXXVII.

Vt nemo episcoporū, vel quilibet minister Ecclesiasticus, propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros episcoporum, à presbyteris inordinabiliter exiguntur.

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 5.

De eadem re. Cap. LXXVIII.

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis nõ prout libitum fuerit à vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropin-

Ex cōcil. Vasensi, cap. 10.